Diſceptatio ſuper preſidētia inter Ale// xandrum: Hanibalem: et Scipionē. de greco in latinum traſlata: Minoe pro tri// bunali ſedenti feliciter incipit.

Forma parte de uno de los Diálogos de los Muertos de Luciano de Samosata

Alexander: Hannibal: Minos: Scipio.

Ale.

ME o libee preponi decet: melior equidē
ſum. ha. imo vero me. Ale. judicet ergo
Minos: qui ſemper iuſtiſſimus judex ē
habitus. Mi. q̄ eſtis? Ale. hic ē hanibal
carthaginēſis. Ego autē Alexander phi
lipi filius. Mi. per jouē vtriqꝫ glorioſi. Sed qua de
re nobis altercatio eſt? Ale preſidentia. Dicit. n. hic
ſeſe meliorem q̄̄m ego exercitus ducē fuiſſe. Ego vero
nō hoc ſolum: Sed omnibus ferme qui ante meam e
tatem fuerunt in re militari preſtantiorem me fuiſſe
affirmo. Mi. Dicat igitur vterqꝫ pro parte virili: tu
qꝫ o libee prius loquaris. Ha. vnum hoc me juuat
quod ⁊ hic ſermonē grecum dedicerī: neqꝫ ⁊ hac in
re Alexander me ſuperet. Illos maxime laude dig-
nos eſſe puto: qui quū parum principio fuerint pro-
pria virtute ad magnā gloriā euaſere potentesqꝫ fac-
ti ⁊ principatu digni viſi ſunt. Ego igitur: cum paucis

Universidad de Salamanca. BGH

quibuſdam iberiam primum inuadens: quū ſub conſul
optimus a fratre iudicatus maximis rebus idoneus
viſus quum celtiberos cepi. Gallos domui. At quum
magnos montes tranſmigrauiſſem. omnem eridanū
tranſcurri multaſqꝫ ciuitates ſubuerti. Et planā Ita
liā ſubiugaui ⁊ vſqꝫ ad ſuburbia romana graſſatus
ſum. Totqꝫ vna die interfeci vt eorū anulos modiis
mēſurari oportuerit: ⁊ ex cadaueribus pontes flumi
nibus fecerim. Atqꝫ hec omnia peregi neqꝫ deum me
fingens: aut matris inſomnia narrans. ſed me homi
nem fatebar. pugnabam cōtra duces magna pruden
tia: cōtra milites magna audatia: atqꝫ fortitudine pre
ditos: non aduerſus Medos aut armenios: qui an
te ꝗꝫ quiſpiam ſequatur: fugiunt facilemqꝫ cuicūqꝫ
audenti victoriam tradunt. Alexāder vero patris reg
ni ſucceſſor idem fortune quodam impetu extendit at
qꝫ augmentauit. Qui quum vicit ⁊ miſerum illum
dariū apud yſſuꝫ ⁊ arbelas victoria cepit: antiquam
ex parte conſuetudinem et mores obmittens ac in pe-
ius delabi nō turpe putauit: ſeqꝫ ad delitias medorū
immutari libenter tulit: atqꝫ in conuiuiis amicos in
teremit. Quibus quum morirētur auxiliari conatus
eſt. Ego autem eque patrie dominatus ſum que quū
reuocaret hoſtiuꝫ magna claſſe aduerſum libiam na
uigāte parui continuo: neqꝫ hominē priuatū prebui:
⁊ damnatus equo animo rē tuli. Que quidē egi bar
barus natus: omniſqꝫ grecorū diſcipline expers: et ne
ꝗ homerū vt hic: edidici: ſiqꝫ Ariſtotele magiſtro eru

ditus fui: ſed ſolū mea optima natura ſū viſus. Hec ꝗ
dē ſunt quibus me meliorē Alexandro. puto eſſe. ſi ve
ro ea cauſa mihi preferēdus eſt quod caput dyadema
te ornarit. id decorum forſam apud macedones eſt:
nō tamē ob id preſtantior hic videatur generoſo et du
ce viro: qui mentis ſententia magis quam fortuna eſt
viſus. Minos. hic ergo orationem neque in genero-
ſam. neque vt libicum decebat hūit. Tu vero alexan
der quid ad hec inquis? Ale. oportebat quidem o mi
nos homini a deo temerario nihil reſpondere. Solū.
M. nomen ſatis te docere poteſt: qualis ego rex qua
lis hic latro habitus fuerit. Aduerte tamen an parū
ipſm ſuperauerim qui adoleſcens adhuc regnum ag-
greſſus obtinui: ⁊ de patris mei īteremptoribus ultus
ſum. At quum thebas ſubuertiſſem: toti grecie terror
fui: ab ea dux electus: neqꝫ dignum putaui macedo-
num regno me contentuꝫ eē: quod pater reliquerat:
ſed totum terrarum orbem ſperans: durumqꝫ putans
niſi rerum omnium dominus factus eſſem: paucos
quoſdam agens me in aſiam traduxi ⁊ apud te grani
cum magna pugna vici. lidiam: joniaꝫ: ⁊ phrigiam
capiens. ⁊ tādē quecūqꝫ tranſieri ſubiugans: veni ad
iſſū vbi darius me expectabat īfinitas copias agēs. poſt
hac o minos noſti quot ad vos vna die mortuos miſe
riꝫ. Dicit. M. charom tūc ſibi ſcaphā nō ſuffeciſſe: ſed

Universidad de Salamanca. BGH

ligna q̄dam adiũgens illorũ plures tranſportaſſe: atq
hoc confeci ipſe me periculis opponens et pugna vul⸗
nerari nõ timens ⁊ q̄ apud tyruʒ ⁊ arbelas geſta ſũt
obmittã vſqʒ ĩdos veni atqʒ occeanũ mei regni termi
num feci: et illorũ hominũ elephantos habui. porũ mi
hi vero captiuũ feci. et ſcithes homines certe nõ ſper⸗
nendos thanayim ſuper tranſiens magna equitũ pug
na euici: ac amicos omnes remuneraui. De inimicis
q°qʒ vltus ſũ. ſin vero deus hominibus videbar: par⸗
cẽdum illis eſt. Nã rerũ magnitudine: vt tale aliquid
de me crederẽt induti ſũt tandẽ mors me regem occu
pauit. Hic vero apud pruſiaʒ bitiniamqʒ exul ut cru
deliſſimo homini cõueniebat: mortuus eſt. Quod ve⸗
ro italos vicerit omitto dicere. nam nõ virtute: ſed ma
licia atqʒ perfidia ⁊ dolis id peregit: nuquam aut cla
ritudinis alicuius: aut iuſti memor. Sed quoniam
qd delitioſe vixerim vituperauit. oblitus mihi eẽ vide
tur eorũ que apud capuam admiſerit: Ibi. n. mulie⸗
ribus deditus ẽ: ⁊ uoluptati per belli tẽpus inſeruie⸗
bat. Ego quoqʒ niſi que ſub occidente ſole ſunt parua
quedã putans: verſus orientem me impuliſſem: quid
magnificum perfeciſſem. Nam italiam atqʒ libyam
ſine ſanguine dictioni mee adiungens: vſque gades
facile iuiſſem. Sed non mihi digna viſa ſunt illa cõtra
que pugnaſſem inclita iam: ⁊ dominum me fatentia
iam dixi. Tu o Minos iudica. Hec quidẽ ex multis
ſatis ſunt. Sci. Non niſi me prius audias. o Minos.
Mi. Quis tu vir optime es: qui hiſce tam claris du⸗

cibus te conferre audeas: Sci. italus ſcipio Roma
nus. Mi. audiẽdus quidem es. Sci. Ego o Mi⸗
nos hec nõ dicã quod preferri: velim nũq̄ʒ. A. huius
ce generis honoris auidus fui: ſed ſemper eẽ quam vi
deri malui: nec quod iſti vtriqʒ fecerunt in me laudã
do alios vituperem. Iam puero mihi omne vitiũ diſ
plicuit: et bonis artibus aprimis ãnis deditus: huma
nitatiqʒ inſeruiens: Scire ſolum turpe putabam: ſed
opere ſemper proficere: quicquid magnificũ a maio
ribus aut litteris didiciſſem conatus ſum. Itaqʒ ado
leſcens vixi ut maxima patrie ſpes fuerim que illam
fruſtrata nõ eſt. Nam quum ſenatus maximo timo⸗
re: an eſſet patria relinquẽda conſultaret. vix iuuenis
quuʒ ei etati non liceret in medios ſenes proſilij: et ſtri
cto enſe patrie hoſtem me habiturum profiteor eum
quicumqʒ deſerende patrie ſententiaʒ protulerit. qua
re quartuʒ et vigeſimum ãnum ageus dux electus nõ
cum magno exercitu verſus carthaginẽ iui. Atqʒ hã
nibalem ſecutus euici eũqʒ ĩ fugam turpẽ verti. Ac de
uicta carthagine non rei foelicitate elatus ſum: eundẽ
me patria poſt victoriã hũit: eundem amici. Diuitias
vero in bonis amicis eſſe putaui non in auro. Nam
quattuor ⁊ quinquaginta annos quibus vixi: nihil
vnq̄ʒ aut vendidi aut emi. Et ſapientũ ſententiã ſecu⸗
tus ex foro domũ nõ reuertiſſem niſi quẽpiã mihi aliq°
modo amicũ feciſſem. Et ut mercatoribus pecunias
lucrari ſtudiũʒ eſt: ita mihi ut adipiſcerer homines
omni metallo preſtantiores erat cura: quibus qualis

Universidad de Salamanca. BGH

fuerim lelius ceteriqȝ teſtari poſſunt. Atqȝ ex cartha
gine verſus triūphum egi. cenſorqȝ factus fui. Aegip
tum: ſyriam: aſſiam. Greciam percurri. Iterum abſe
ns conſul electus bellum maximum confeci: ⁊ numati
am euerti. Atqȝ alia plura egi. nuq̄ȝ me aut in proſpe
ris eleuāte fortuna: aut in aduerſis premente. Quin
tanta animi liberalitate vſus ſum: vt quum grandis
auri dominus eſſe potuerim: moriens quattuor ⁊ vi
ginti ſolum argenti libras reliquerim. Illud non ta-
cebo: nuq̄ȝ ſilicet me aut iniuſtum fuiſſe aut crudelem
aut alicuius generis voluptate corruptum. Et hec ut
inſipiens dixi non ea ratione quod preferri velim re-
tulli. o Minos ſed graue erat non monſtrare: vt eſt:
Romanos omni virtutum genere ceteras gentes ſe
per ſuperaſſe. Itaqȝ ut viuus pro patria pugnaui pa
trieqȝ pietatem mihi ⁊ rebus ceteris pretuli. ſic nūc
apud te minos. pro patria hec dicta ſint. Mi. per jo
uem o ſcipio et recte et vti romanum decet locutus eſ
Itaqȝ quum diſcplina militari rebusqȝ bellicis aut
hiſce equalem aut te preſtantiorem ſciamus: pietate
vero ceteriſqȝ animi virtutibus maxime hos ſuperaſ
ſe. Te preferendum cenſeo. Et alexander ſecundus
ſit ⁊ tertius ſi uidertur hannibal. Neqȝ hic quidem
ſperuendus eſt. valete.:.

Antonii Carrion presbyteri de virtutis laude epigramma.:.

Diſcite quid virtus valeat: quid geſta virorū
Ipſa cauant terris qua ſcelus omne fugit.
Fidite virtuti: miſeroſqȝ relinqnite faſtus:
Hec manet: hec viuit: mobilitate carens.

¶ In deſides. Roberti gaguini dialogus. Interlocutores. Negociator induſtrius et pauper ignauus.

Quid quereris mereus: igna. Triſti me ſydere natū.
Neg. Arte vales. Igna. nulla. Neg. īgēio cōtēde. Igna Byātes
Eſuriunt. neg. Querulo tandem ſuccurret amicus.
Ign. Suſcipit algentem nemo. nunc rarus horeſtes.
Neg. Conferet antiſtes. Igna. Sed conferet ante nepoti.
Et pre me tribuet ararum mille cathedras.
Aut ſcurre in cenis garritu et voce petulco.
Neg. Obſeq̄o certa. Igna. Nūquā mercabor honores: Neg.
At ſeruire licet. Igna. durum eſt parere togatis
ditibus. At tenui quid ſperes: Neg. Prodiga queras
Atria magnatum. Igna. mentiri nolo. Neg. placebis.
Ergo magis. Igna. Qui neſcit tegnas aulicus vmbra eſt.

Universidad de Salamanca. BGH

Meg. Vita ſtippe trahes. Ygna vitam, volo viuere liber. Meg.
Inſtitor eſto. Ygna. Grauat racionem ferre patrono.
Meg. Viuere nũ ſtatuis: igua. minimo tranſmittitur eas. ng.
Militiam aggredere. igna. domus excidit auta rapinis.
Meg. Excole rura. igua. tener multum ſuꝫ corpore. Meg Meto.
Igu. Turpe monei. Meg. Igitur q̄d viſ tibi dilige. Ygna. fata
Fortunā expedient. Meg. Rapient cito forte ſupinuꝫ
Et nichil audentē. Ygna. Rapiēt et cetera. nego mors eſt
Solamen miſeris. Ygna. Hoc me ſolatur egeſtas:
Deſtituent quod non ſublimi ſede ſuperbum.
Ere: potentatu celebres et nomine ciues
Anguntur penis longe grauioribus. Mego. Heu me
quod in miſeruꝫ ſtultuꝫqꝫ eſt ſeignorare. pigeret.
Ignauum digito triſtem depellere muſcam.

Finis.

Universidad de Salamanca. BGH